



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Oecolampadivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## CONCLUSIO PRIMA.

illiefratres clare moneat fragilitatis intellectus, quippe quod capere nequeant mentis augmento, etiam cum expositione & confidētia intellectus iussionem Dei, ex occulta regni sui maiestate. At non est nouū, nostros nouos Christianos uitā defunctos sanctos, uelle contra ipsorum sensum in suas partes trahere, quum hoc idem & intentibus faciant, sicut in uno hi bello, eruditum & uere doctum Erasnum Roterodamum, falsoate insimularūt, ut se literis erga uos gratiosos om̄inos meos laudandi foederis Heluetiorū, purgare cogeretur, proculdubio si Augustinus, Hyrenaeus, Tertullianus, adhuc in his terris degerent, etiam & eos literis erga uos purgatuos, & excusaturos.

Quare obsecro dominus meus doctor dicere audet, miraculum Gregorij ad propositum non esse, quum non ignoret uniuersa ecclesia, hoc ideo factum esse, quia haec mulier eam habuit infidelitatem, quam & nunc noui habent Christiani, panem dumtaxat esse pistorium.

Tandem scripturarum ratione, quas ego induxeram pro mea, totiusq; ecclesiae possessione, uerba scilicet Christi, bonæ mihi sunt literæ, domini passione firmatae, diuinog; illius ore prædicatae, quum dicit, Hoc est corpus meum.

Quia tamen doctor dicit ex mea conclusione sequi Christum neq; passum uere, neq; mortuum, hoc obsecro scripturis probet, & manus principali caussæ adponat, ut eo possint uniuersi uidere, qui uerisint Euangelici.

## D. OECOLAMPADIVS.

Caussa in his uerbis perfstat. Hoc est corpus meum, per quæ doctor Eckius probare nititur, materialem panem ibi non esse. Haec autem uerba, illam non patiuntur expositionem, & certus ego sum, menon pugnare aduersus spiritum sanctum, quum met ipse spiritus sanctus scripturas exponat in dicto Matth. Ammodo non bibam &c. sed & tertio apud Paulum panem nominat.

## Expositio

### COLLAT I O XIII.

Expositio doctoris Eckij, panem exteriora signa nomina  
ri sicut accidentia, quo nam modo illud uult probare, Paulus  
dicit de pane &c. de pane edere materiam exposcit. Vniuersa  
scriptura nobis duo dumtaxat ostendit edulia, spirituale car-  
nis domini nostri Ihesu, & corporale panis scilicet & alterius  
corporalis cibi, uesti uero accidentibus a substantia nudatis,  
litera sacra non docent.

Nec doctor Eckius satisfecit, neq; Matthaei dictum xxvi,  
capite enodauit. Ammodo non bibam de hoc genimine ui-  
tis &c. utcunq; enim se res habeat de promissione sequenti,  
oportet ut præcedens uerbum respiciat atq; referatur ad illud  
de quo eo tempore tractabatur, necq; decet aliter exponi quā  
alijs scripturis, quas adhuc expecto.

D. ECKIV S.

In nomine tuo dulcis dñe Ihesu Christe. Contra conclusio-  
nem meam de præsentia sacri corporis Christi, adhuc ob-  
luctatur dñs meus doctor, aduersus panis transmutationem  
inducens Paulū ter panem nominare, quod intelligi neque-  
at de accidentibus panis. Et quum diuinus Paulus de manduca-  
tione loquit, non potest nisi materialis panis manducari, qui  
in scripturis non nisi duplex manducatio reperiatur. Ego ue-  
ro, & si ad illa responderim ex mente regis Anglor, illamq;  
scripturis probauerim, nihilominus ei clariss enumerabo, &  
dico in diuino Paulo ad Corinth, per panē non intelligi pisto-  
rium panem, sed sacrū Christi corpus sub specie panis, hic est  
probior Christianorū panis. Hoc aut ut uerū sit, necq; illud ul-  
lus Christianorū negare possit, testor per os Christi diuinum  
dicens Iohann. vi. Et panis quē ego dabo caro mea est, auscul-  
tate probifideles, quid Christianus sit panis, caro nāq; Christi  
est. Hæc Dei uerba poterunt neq; cœlum, neq; terra, neq;  
inferorum portæ euertere.

Luxta illud ultra notandum, Christum panem hunc pro-  
mississe se pro mundi uita daturum. Si hunc Christus, qui &  
ipsa